

livam, & nullam intuitivam, & ratio est, quia nunquam intel- lectus non pro apparitio fertur in rem extra, & in propria exi- stentia, sed ut dicitur in aliquo representativo, g. phantasmate, aut specie intelligibili, quae etiam de causa cognitio phantasiae po- tuius dici solet abstractiva, quam intuitiva, ut notat Doct. d. 3. q. 9. C. quia & ipse quoque terminatur ad rem in phantasmate, non autem in propria existentia, unde cognitio intuitiva sensibilem non nisi sensibus externis convenire videtur, qui immediate in objecta feruntur in propria existentia, atque praesentia. Tandem nunquam Doct. de hoc duplici specierum genere dilinitur, in eodem poten- tia, nec aliam unquam speciem agnovit in intellectu, quam illam, quae dependenter a phantasmate in eo imprimitur, & deinceps indelebiliter conservatur pro memoria conservativa, & de hac loquitur in omnibus locis supracitatis.

110 Quarto tandem probatur ex Scoto quod. 13. art. 2. quia intui- tiva habet relationem attingentiae actuale ad objectum praesens in propria existentia, ergo implicat dari talem notitiam non praesente objecto in propria existentia, sed tantum in specie, probatur con- sequi, quia ratio nequit esse sine termino, ergo si notitia intui- tiva importat relationem attingentiae actuale ad objectum in se immediate praesens, implicat fieri sine concursu objecti in propria existentia. Nec valet, quod inquit Scotus, quia quampuresque relationem illam actuale posse absolute separari ab intuitiva cog- nitione, ita ut dari possit intuitio absente objecto, & solum iuxta or- dinem naturalem requiri. Hoc enim profuso impossibile arbitra- mur, quia relatio attingentiae in quacunque notitia est transcenden- talis realiter identificata, ut dictum est praeced. art. p. aptitudinalis quidem cum abstractiva identificatur, actualis cum intuitiva, quod non obscure colligitur ex Doctore quod. citat. nam per relatio- nem hanc attingentiae actuale fecerunt intuitivam ab abstractiva notitiam, & innuitur in se habere intuitivam ad relationem attingen- tia actuale, quemadmodum abstractiva se habet ad aptitudina- lem, sed haec identificatur cum abstractiva, ergo & illa cum intui- tiva; tum quia per hos respectus circumferibit ibi Doct. dif- ferentias specificas illarum cognitionum, a non solum per effe- ctus merè accidentarios, & separabiles rerum essentias circumferi- bere, sed potius per passiones, & affectiones inseparabiles, & nec- cessario concomitantes, sic enim accidentis essentiam per apti- tudinem inhærentiam, non verò actuale, proxime circumferibi- mus, & quantitates per aptitudinalem impetrationem, & non actua- lem, & sic de aliis, ergo cum per respectum attingentiae actuale ad objectum in se immediate praesens Doct. infinitam differentiam sp- scificam intuitivae notitiae, satis est verosimile hanc respectum illi identificari, & esse ab ea prorsus inseparabilem, ac ita ex Scotis dis- defendit Mairon. q. 17. & 18. prolog. de quo etiam infra agemus ex prologo q. 11.

111 In oppositum arguitur Primo, quia cognitio sensuum exter- norum est intuitiva, & tamen fit per speciem, quod probat Smi- finch. ex Doctore p. d. 3. q. 6. & 7. & d. 2. q. 9. 2. ad quaestiones, & d. 13. quon. per totam, & d. 4. q. 4. q. 3. & alibi saepe. Tum 2. quia per speciem in speculo apparentes videntur res à tergo exi- stentes, ut omnes fatentur, & Scotus cit. d. 13. lit. E. con- stat autem visum illam esse intuitivam. Tum 3. quia Do- ctor d. 2. q. 9. §. ad quaestiones, & d. 4. q. 3. §. dico ergo, & §. ad quaestiones, docet intellectum nostrum prima cognitione, quam habet de sensibili representato in phantasmate, huiusmodi sensibi- le cognoscere intuitivè, talis autem cognitio habetur per speciem, ergo &c. Tum 4. quia quaecunque congerit Scot. d. 3. q. 9. ad asseren- dam possibilitatem speciei abstractivae dilinente representantis divi- nam essentiam, applicari possunt ad tuendam possibilitatem spe- ciei intuitivae, & de facto applicant Recentiores quampures. Tum 5. quia licet de facto talem speciem intuitivam neget Doct. in beatis, certe non negat ob eius impossibilitatem, sed propter eius superfluitatem, ut patet d. 4. q. 9. §. 11. §. respondeo. Tum tan- dem quia videt Deus tota contingencia non quidem in se, cum non existant, sed in aliqua representativo, & tamen talis notitia à Theologis dicitur intuitiva.

112 Resp. cognitionem sensuum exteriorum fieri per speciem, quia eorum species pendet in fieri, & conservari ab actuali influxu objecti praesentis, & id eo esse potest principium cognitionis intuitivae; sed species intelligibilis aequè manet praesente, vel absente objecto, & id eo illud indifferenter praesentiam, five praesens, five ab- sens, quare nequit concurrere ad notitiam intuitivam. Ad 2. Vulp. loc. cit. ait ex Scoto d. 13. qu. un. in speculo videri imagines ab ob- jecto immediate impressas, non verò res ipsas; hoc tamen directè repugnat verbis Doct. q. 9. §. dicitur, lit. E. expressè in- quit, quòd per illum radium (scilicet reflexum) videtur res in se, non autem aliqua species impressa speculo reflexante ut ex pro- fesso diximus disp. praec. num. 42. & idem rursus habet d. 4. q. 9. in fine, quod in speculo videtur corpus ipsum, non eius imago; saltem quoque est res ipsa videri per speciem speculo impressas, nam res ipsa à tergo exi- stens immediate immatione causae multiplicat in se, in medio per speciem multiplicationem nescit ad speculum, & in- dè ad visum potentiam, ad speculum quidem per radium redit, ad oculum verò per reflexum, per quem eundem radium caudat quoque immediate immatione causae visum in oculo, ita do- cet Doct. in report. 2. d. 13. qu. un. & Mairon. q. 13. prolog. ubi ait, quod videns in speculo immediate intuetur seipsum per actum reflexum, licet visus exterior iudicet esse ibi speciem, quia sensus exterior conclusus est sic videre scilicet per lineam rectam. Ad

3. Doct. illis in locis non docet, quod in argumento assumit Smi- finch. fed tantum quod potentia intellectiva tribui debet cog- nitio intuitiva, cum hoc perfectionem importet, & concedatur potentiae inferiori scilicet sensui, neque loquitur de intellectu con- iuncto, sed potius abijuncto, quia in 2. loquitur de intellectu Ange- lico, & in 4. de anima separata, nec tandem ubi scribit cognitionem primam habitam ab intellectu de sensibili mediante phantasmate per speciem intelligibilem esse intuitivam, imò directè docet esse abstractivam. Ad 4. verum est assumptum, quia quampuresque solent à Thomis adducere repugnantiam, quibus ostendere conatur impossibilitatem speciei divine essentiae, quae non minus impres- sa, quam expressa impugnant, unde ex eis capitibus verum est aequè repugnare speciem abstractivam, & intuitivam, quae nullam, nihilominus adlunt locis speciales rationes, quibus aperte demonstratur ad cognitionem intuitivam speciem intelli- gibilem esse prorsus ineptam, ut vidimus. Ad 5. sufficiebat ibi Doct. negare in beatis speciem divine essentiae ob eius superflui- tatem praecedendo ab hoc, quod fit possibile, vel impossibile, unde & nos supra tam ex superfluitate, quam ex impossibilitate, unde & repugnantia demonstrativam speciem intelligibilem litae, & repugnantiam intuitivam, velut concusam concurrere nec pos- se, nec debere. Ad ult. duplex est notitia intuitiva, alia immedi- ata, quae est rei in propria existentia, & praesentialiter, alia mediata, quae est de re in aliquo objecto intelligibili supereminente ipsam continere secundum totam entitatem, & cognoscibilita- tem, & talis est notitia, quam Deus habet de rebus in divina essentia, quae ob suam infinitatem verius, & dilinidius repre- sentat rem, quam fit in seipso, non autem diminute, sicut fiat species impressas, ita Doct. quod. lit. G. & quod. 14. lit. G. & 3. d. 14. qu. 3. B.

113 Deinde rursus obicitur, quia objectum debet uniri potentiae, ut fit sufficienter secundata, ad objectum materiale non potest formaliter, & realiter uniri intellectu, nam lapis non est intellectus, ergo potentia nequit habere cognitionem intuitivam materialem, nisi per speciem. Tum 2. quia objectum materiale, ut sic, non est actu intelligibile, sed fit tale per speciem, ergo nulla eius cognitio haberi potest, nisi per speciem. Tum 3. objectum debet proportionari potentiae, ad objectum materiale est improporcionatum intellectu, qui est potentia immaterialis, ergo per simplicem, ac immediatam sui praesentiam, ut sic, nequit uniri intellectui, sed aliquid indiget specie. Tum 3. cognitio intuitiva non potest uniri intellectui, sed per intronitionem, per hoc scilicet, quod per extrinsecam immo, sed per intronitionem, quod non potest uniri intellectui, sed per intronitionem, quod sic singulare materiale non potest uniri in intellectu recipi, ergo &c. Tum 5. quia Arist. ubique ait materialem, & sensibilem non esse actu intelligibilem, fed potentia- tum, & fieri talia actu per speciem, & quod si materiale effectus actu intelligibile, non oporteret ponere intellectum agentem, & quod omne actu intelligibile est sine materia, & quod in tantum est ali- quid intelligibile, in quantum est immateriale, ex quibus omnibus fit, quod si huiusmodi objecta intuitivè cognoscit possunt, ut probabilius sententia tenet, hoc fieri nequit, nisi per eorum speciem intelligibiles. Tum tandem, quia omnis cognitio fit per assimilationem, ergo per speciem.

114 Resp. ad 1. tenendo probabiliorem opinionem scilicet, quod materialia, & sensibilia intuitivè cognosci possint ab intellectu præ- cipue sensibus soluto, objectum debere utique uniri potentiae, non unione quodam formali, & inhærensia ad modum accidentis, sed tan- tum unione virtuali, quae unione plures caudat uniri solent ad eundem effectum communem, ut declaravimus qu. 2. huius disp. art. 2. Ad 2. dici potest sensibile non esse actu intelligibile intellectio- nis abstractivae, & fieri tale per speciem, quae solatio innuitur à Do- ctore d. 3. q. 6. lit. P. ubi ait sensibile non esse actu intelligibile in se, fed tantum per speciem, & hoc quantum ad cognitionem abstrac- tivam tantum, per quod innuit quantum ad intuitivam esse actu intelligibile quantum est in se, licet non ita intelligi possint ab intel- lectu sensibus alligato, & eandem habet doctrinam in 2. d. 9. q. 2. lit. R. vel iuxta dicta art. praec. cum dicitur sensibile non esse actu intel- ligibile, id absolute intelligibilitati repugnantem, fed tantum com- parativè scilicet respectu intellectus alligati sensibus, ratione cuius alligationis nequit intellectus immediate attingere materialia ob- jecta, sed tantum per speciem, quae consequitur sensuum ministerio, atque phantasmate, ut ibi declaravimus ex Liche. Ad 3. ait Doct. d. 4. q. 5. qu. 2. majorem esse veram de proportionem movens ad mobile praecise, quò sensu neg minor, quia inest potentiam, & objectum non requiritur proportio in essendo, quod etiam repote d. 4. q. 11. quod fit etiam ea proportione scilicet movens ad mobile objectum materiale fit improporcionatum intellectu sensibus alligato, non tamen soluto, imò quando in tali intellectu gignitur notitia abstrac- tiva semper in eodem, & eisdem objecti praecise fit notitia intui- tiva, cum ibi non fit transitus de uno sensu in alium, imò immediatè enim objectum in se praesens offertur intellectu, & si aliquo modo praecedit species, hoc est in ratione effectus praevii, non autem cau- sae ad talem notitiam. Ad 4. illud dictum est univèrsaliter verum, quia species expressa tenet per se in potentia, ac etiam impressa, quia species expressa tenet per se in potentia, ac etiam impressa, vel tantum ratio cognoscendi, vel saltem tanquam effectus praevius pro diverfo genere notitiarum, intuitivè scilicet, & abstractivae. Ad 5. cum Arist. ait objecta materialia non esse actu intelligibilia, loquitur in ordine ad intellectum conijunctum ob rationem allatam, & pro- pter hoc ponit intellectum agentem, ut objecta transferat de ordine sensibilibus ad ordinem intelligibilibus, idèl immediate ab intelle- ctu

Ad attingibilem modo praedecarato: & cum ait, quod si materiale effectus actu intelligibile, non oporteret ponere intellectum agentem, & debet fit intelligi, ad hoc nempe minus obendum, ut transfert de ordine in ordinem, tunc enim effectus objectum immediate abque tran- sitione per sensum intelligibile; hinc tamen non sequitur, tunc absolute supervacaneum esse intellectum agentem, quia adhuc ex alio capite necessarius esset, nempe tanquam concusa cum objecto materiali concurrens ad productionem speciei intelligibilis, quam tale ob- jectum totaliter producere non potest, cum fit effectus omnino spiri- tualis, quia ratione dumtaxat ponit Doct. d. 3. qu. 11. intellectum agentem in Angelis, & d. 4. q. 9. 2. in anima separata, & sic etiam cum ait omne actu intelligibile esse sine materia, loquitur de actu intelligibili ab intellectu conijuncto, qui immediate non fertur in ob- jecta materialia; sed tantum mediatè attingit in speciebus intelligibi- libus. Ad ult. omnis cognitio fit per assimilationem, quia cognitio ipsa est actualis expressio, & assimilatio objecti.

115 Advertendum tamen est pro recta huius art. intelligentia, quod cum hic asserimus speciem intelligibilem ad cognitionem intui- tivam non esse necessariam; utique non intendimus eam prorsus excludere, potest enim ac debet intervenire saltem tanquam effectus praevius ad ipsam intuitivam notitiam; cum ergo unus, v. g. Angelus alterum videt, ac intuitivè cognoscit, praemittitur, & imprimitur ab objecto species in intellectu Angelis videns, ut in eo impressa, & conservata consistit memoria intellectus, quae omnino neces- saria est, ne quociescunque intellectus vult admodum reperere circa ob- jectum aliis cognitum, cogatur redire semper ad illud intuentium; fit etiam Scotus ita patitur dicere solent, speciem quoque sensibilem in sensibus externis intervenire, velut effectum praevium, sed cum in eis memoria non detur, quia de causa species illae sunt fluxiles, & transitoriae, non videtur eo modo concurrere, ut effectum praevium, fed potius ut immediate causam ipsius sensationis, ut supra diximus disp. q. 6.

Q U E S T I O V.

De causa efficiente specierum intelligibilium, ubi de intellectu agente, & possibili.

Varie extant sententiae de causa efficiente specierum intelligibili- um, Plato namque asseruit esse innatas intellectui, & ab eo fuisse productas, qui animam creavit, scilicet à Deo, ut supra referimus quaest. 2. huius disp. ubi etiam Platonico hoc figmentum refel- limus statuendo intellectum esse puram potentiam in genere intelli- gibili, & ut loquitur Arist. & cum eo totum Peripateticum 3. de Anim. 1. 4. esse tanquam tabulam, in qua nil depictum est; cum pri- mum corpus ingreditur ad informandum, succellat autem temporis illas acquirere (formam) famulatu, & ministerio; Avicenna ut con- munitur refertur, existimavit has species produci ab illa vita, & ad eam ei famulari, intelligentia separata, quam appellabat formatum ad- tritrem, non quidem ab initio, cum anima crearetur, vel corpori uniret, fed tunc solum in intellectu infundi, quando homo intelligit, & habet phantasmata propostia, ut determinent ad intelligendum; Sed & hoc quoque passim recitatur, ut purum figmentum, quia experi- mus nos intelligere, cum volumus, & solis sensibiles indigere ad ab- strahenda in intelligibilia abque ope cuiusdam agentis separati; tum quia nunquam Avicenna, sufficienter stabilivit illam suam intelligen- tiam formatum dicitur, ut diximus disp. 2. Physic. quaest. 7. art. 1. quod quia contra hoc militat quaecunque obiecti solent contra po- tentiam intellectum esse virtutem quandam separatam, ut postea videbimus.

116 Communis sententia ponit intellectum causam efficientem specierum, fed cum intellectu distinguitur in agentem, & possibi- lem ex 3. de Anim. 17. & 18 rursus est difficultas, an hoc sit peculiare munus intellectus agentis, vel an etiam possibili competere possit, quomnis enim communiter adscribitur agenti, tamen Comimb. 3. de An. c. 5. qu. 5. art. 2. autemant species intelligibiles generum, ac etiam interduum specierum à solo intellectu possibili produci, quod & Thomis affirmat de quibusdam speciebus formatis ex aliis praec- ceptis ex D. Thom. 1. p. qu. 12. art. 9. Sed etiam in communi opi- nione solum intellectum agentem statuente causam efficientem spe- cierum; dubitatur, an solus intellectus agens fit causa totalis earum, non potius cum eo phantasma quoque concurrat partialiter, ut causa minus principalis, aut instrumentalis; primum vultur multi di- centes phantasma solum materialiter, & exemplariter concurre- re ad productionem speciei intelligibilis, quatenus praebet materiam intellectui agenti, quodammodo exemplar quoddam, ad cuius similitudinem intellectus agens producat species, ita Suarez lib. 4. de Anim. cap. 2. num. 22. Omphr. tra. 2. disp. qu. 1. & alii, quem- modum & cavell. ibidem annot. 3. Oppositum tunc communitè opi- nio volens phantasma quoque in genere efficientis causae concurrere ad speciem intelligibilem, quidam aut causa principalis, alii ut causa tantum instrumentalis, ita D. Thom. de verit. qu. 10. art. 6. & 2. contra gentes cap. 77. Cajet. 1. p. qu. 35. art. 2. & 3. de Anim. c. 2. cap. 2. d. 3. qu. 2. art. 3. Ferrar. 3. de An. qu. 1. 3. Agid. quod. 1. 5. qu. 21. Soncin. 7. Met. qu. 12. Comimb. 3. de An. cap. 5. qu. 6. Tand. quaest. 1. 5. Apollin. qu. 6. Thien. cap. 5. A vera quaest. 8. lect. 6. & alii Recentio- res passim, & quia hoc spectat ad munus, ac officium intellectus agentis haec res diversimodè explicatur à diversis, adeò ut Liceo- tus opusc. de intellectu agente recitat, examinetque innumeris

ferè dicendi modos, quo sensu dicatur intellectus agens illustrare phantasmata, quos singularem referre nimis operosum esset, ac inu- tile; nos totam hanc materiam, de intellectu agente, & possibili, de quo adeò fuscè quidam pererrant, tribus articulis expedimus ma- jori, quo fieri poterit, brevitate.

A R T I C U L U S I.

Necessarius est intellectus agens ad species intelligibiles produ- cendas cum phantasmate.

117 Conclusio est Arist. 3. de An. 17. & 18 ubi docet in anima con- stitui debere, non solum principium susceptivum specierum, qui proinde dicitur intellectus possibilis, sed potius passibilis, & dicitur omnia fieri, fed etiam principium effectivum illarum, qui proinde dicitur intellectus agens, & omnia facere; faver Scotus quod. 1. 5. de teris primis articulis, & p. d. 3. qu. 6. D. & 2. d. 3. qu. 11. ubi adeò tribuit intellectui agenti, ut cum quoque in Angelis con- stituit ad abstrahendas species à rebus materialibus immediate, fit in nobis eas abstrahit à phantasmatis, & est communis apud om- nes Philosophos, ac Theologos admittentes species intelligibiles, quarum efficientem causam, aut solum intellectum agentem agno- verunt, aut saltem cum concursu phantasmatis, relictis autem quibusdam parvi momenti rationibus, quibus ostendi solet necesse illius intellectus agens ultra possibilem, ita breviter probari potest ex Doct. quod. cit. datur species intelligibiles rerum sensibilem, in intellectu impressae, fed talis specierum impressio, ac efficiencia nequit fieri sine concursu intellectus agentis, ergo necessarius est intel- lectus agens pro earum productione, maior constat ex q. praec. art. p. probatur minor, nam vel istae species producerentur ab intellectu, qui dicitur possibilis, vel à phantasmate in intellectu conijuncto, aut obiectis ipsis materialibus immediate in intellectu separato; non primum, quia ut arguit Doct. quod. cit. duplex convenientia actionis nostrae, ut dicitur translativa obiecti de ordine ad ordinem idèl de ordine sensibilibus, & materialium ad ordinem immaterialium, & spiritualium, quae proinde appellatur preparativa obiecti, quia mediante specie obiectum, quod erat tantum potentia intelligibile, fit actu intelligibile, atque ita proportionatur illi in ratione obiecti; altera dicitur intellectiois productiva, quia obiectum iam actu in- telligibile factum, fit per ipsam actu intellectum, quomnis ergo posterior actio possit intellectui possibili adscribi, ut videbimus artic. 3. prior tamen illi convenire nequaquam potest; & ratio est, inquit Doct. quia potentia operativa supponit obiectum suum, circa quod operatur, & proinde non potest illud ibi praeparare pro propriae eius actionem, ergo actio illa preparativa obiecti, quae fit per abstractionem speciei, ita est propria intel- lectus agentis, ut possibilis nequaquam adscribi possit. Species verò formatas ab intellectu possibili ex his praecipientibus (speciebus à Thomis excogitatis inferius recitamus quaest. 6. art. 2. sub 3. & rursus quod. 7. art. 2.)

118 Sed quod neque secundum dici possit, scilicet species totaliter à phantasmate, aut obiecto extra produci, & imprimi intellectu, non minus evidenter probatur, quia phantasma, & obiectum sensibile extra est materiale, intellectus verò ac species illi impressa spiritualis, ergo totaliter, ac immediate in intellectu agere non possunt, nec speciem intelligibilem producere, tum quia subiectum spirituale, & indivisibile non est idoneum receptivum actionis materialis, & cor- poreae, quae ratione negat Doct. 4. d. 44. qu. 2. ignem inferni physicè cremare spiritus; tum quia agens ma- teriale, & corporeum saltem naturaliter nequit, ut causa totalis, attingere effectum spiritualem, qui est superioris ordinis, quae est doctrina Aug. 12. super Genesim ad lit. 16. ut refert Doct. quod. cit. M. debet ergo dari potentia spiri- tualis in anima nostra, quae ex phantasmate producat species, & talis est intellectus agens, de quo nunc est sermo, & hac ratione Scotus passim utuntur alii Auctores ad ostendam necessitatem intelle- ctus agentis, cuius vis adhuc magis patet in solutione obiectuum in oppositum.

Dices cum Hart. disp. 5. de An. sect. 1. utique necessarium esse intel- lectum agentem, non tamen ad productionem speciei impressae, fed expressae, seu ipsius intellectiois quod etiam sensibile videtur Baflo. d. 3. q. 4. art. 3. ubi ait hanc esse praecipuam, & principalem actionem intellectus agentis, & Contaren. disp. de intellectu agente ibi ex hoc arguit eius necessitatem. Contra, tum quia probabilis est actio productivam intellectiois intellectu possibili convenire, ut infra dicemus, tum quia etiam adscriberetur agenti, ut possibile quod- que cenet Doct. loc. cit. tamen non ob hanc actionem constitui de- bet velut potentia à possibili distincta, alioqui pari ratione ubi- que noneretur potentiam esse activam ad propriam operatio- nem, & cum hoc etiam potentiam receptivam talis operationis, ibi effect distinguere potentiam agentem, & possibilem, & sic admitti de- beret voluntas agens, & possibilis ac etiam pariter sensus agens, quod communiter negatur, cum ergo Philosophos hanc distinctionem po- tuerit agere, & patiens non nisi in intellectu agnoscerit, fecerunt quod illa differentia non est propter illa, quae communiter inventum- tur in aliis potentis, ut scilicet detur intellectus agens distinctus à possibili ob productionem speciei expressae, ita arguit Doct. cit. lit. M. & rursus sub lit. P.

119 Hinc deducitur, intellectum agentem ob solas species rerum sensibilem esse necessarium, non autem rerum spiritualium; ratio- nem assignat Doct. cit. lit. Q. quia actio causativa specierum rerum spi-

spiritualium totaliter convenit ipsis rebus, cum enim sint actu intelligibiles, non egent extrinseca illustratione, quae transferuntur ad ordinem intelligibilem, unde prorsus se habent respectu intellectus, sicut sensibilia ad sensum, & ex alia parte cum rebus materialibus etiam intellectu angelico proprias possint imprimere species, ut probat Doctus ex professo d. 3. q. 11. & cum nequeant ratione suae materialitatis agere totaliter in spiritum, ac speciem spiritualem totaliter producere, ut probatum est, consequens est, ut etiam in Angelis admitti possit, ac debeat intellectus agens, quia quod competit, & est perfectio in inferiori natura, debet quoque competere superiori, de quo fufus dicemus in Met. disp. de intellectu angelico, nam in his libr. agit de intellectu humano, praeterim conjuncto. Et hinc denique patet, quod necessarius sit intellectus agens non autem sensus agens, quia species sensibiles, cum sint extrinsecae, atque corporeae, sunt eisdem ordinis corporae cum ipsis objectis, atque ideo objecta materialia possunt totaliter eas refundere abque alterius potentia, quae dicitur sensus agens, ut pariter modo dicebamus de objectis spiritualibus in ordine ad intellectum, sed species intelligibiles sunt extra ordinem rerum corporearum, & superioris ordinis, atque ideo nequeunt illas totaliter causare, sed indigent ope intellectus agentis.

121 Cum autem hic afferimus intellectum esse causam efficientem specierum intelligibilium, sane id non afferimus, quasi sit causa totalis, & integra se solo, nam longe probabilius est, phantasma quoddam, vel obiectum extra in ordine ad intellectum separatim ad se concurrere, & in genere causae efficientis, saltem minus principalis, tum quia ita expressè docet Scot. d. 3. q. 8. lit. D. & quod. 1. s. & q. 4. d. 45. quæst. 2. s. ad questionem, & cum eo omnes ferè Scotistae; tum quia cum species impressa in suo ordine sit similitudo objecti, sicut expressa, omnes rationes, quibus supra probatum est expressam non totaliter ab intellectu producti, idipsum quoque de impressa concludunt, ut eas pertractandi patebit, unde quia ratione defenditur unum, debet quoque & alterum defendi, cum nulla in hoc appareat disparitas: Tum quia in specie intelligibili reperitur ratio, & formalitas utriusque correspondentes, & proportionatae, est enim in essendo similis intellectui agenti ob eius spiritualitatem, & in representando similis objecto, vel phantasmati, ergo procedit ex utriusque influxu, cum ex tali correspondentia formalitatum in effectu soleamus ejus deprehendere causas principales, unde hac ratione quoque concluditur phantasma non concurrere, ut merum instrumentum intellectus agentis, quia instrumentum in suo ordine causandi nulla correspondet formalitas in effectu, quam attingat virtute propria, ut dictum est disputat. 7. Phys. quæst. 5. sed tantum id relevatur causa principali. Tum quia etiam male dicitur, quod phantasma concurrat materialiter ad speciem productionem, nam vel intelligitur, quod concurrat ad subiectum, in quo ipsa species recipitur, & hoc non, quia tale subiectum est intellectus possibilis, illi namque imprimuntur species ab intellectu agente, non phantasmati; vel dicitur concurrere materialiter, tanquam subiectum, ex quo ipsa species educantur, & neque hoc, quia licet in hac habitudine ex quo aliud proprie consistat causalitas materialis, tamen ad hanc semper sequitur habitudo in quo aliud, ergo fit phantasma non est subiectum, in quo species recipitur, neque erit subiectum, ex quo educitur, quia idem est subiectum in quo forma recipitur, & ex quo educitur, vel eandem concurrat, ut materia, circa quam operatur intellectus agens, & neque hoc, quia operatur tantum circa intellectum possibilem. Tum deinde, quia defendi non potest intellectum agentem species totaliter producere per se solum assumentem phantasmatum, ut ad eorum exemplar speciem effingat intelligibilem, sed verè debent ipsa quoque phantasmata concurrere, alioquin pariter defendere possemus obiectum non concurrere ad speciem expressam, sed tantum ejus assumentem requiri, ut ad ejus exemplar produceretur, imò hac ratione negare possemus omnem causalitatem causis secundis in ordine ad suos effectus, eamque totam Deo tribuere, & dicere ex parte causam secundam nullam requiri assumentem, ut nempè ad præteritam ignis ignem producat, & sic de aliis. Dum verò dicimus phantasmata simul cum intellectu agente concurrere ad speciem productionem, quid sit intelligendum nomine phantasmatum, an scilicet solae species sensus interni, an etiam actus ipsi, discurrendum est consequenter ad ea, quae superius diximus de productione specierum in sensu interno mediantibus externis disp. 4. nu. 82. & seq.

122 Contra existentiam, & necessitatem intellectus agentis multa obijciunt hostes specierum relati quæst. præced. primò quia ob id præcipue ponitur, ut faciat intelligibilia in actu, at res ipsae à parte rei, & secundum se sunt actus intelligibiles eo ipso, quod habent propriam entitatem, & veritatem. Secundò, quia nullus datur sensus agens, nec voluntas agens, ergo nec intellectus agens, nam ita se habet intellectus ad intelligibilia, sicut sensus ad sensibilia, & voluntas ad volubilia. Tertio, quia alioqui, & in Angelis necessarius esset, cum & ipsi quoque materialia intelligant. Quarto, quia etiam admittis species intelligibilibus adhuc intellectus agens videtur supervacaneus, cum solum phantasma ad earum productionem sufficere videatur, nam si quod obliaret, praeterim esset, quia agens corporeum nequit effectum spiritualem producere, qui est superioris ordinis, sed hoc non obstat, quia est species excedat obiectum materiale in una perfectione, scilicet spiritualitate, potest aliunde superari in alia, quae est maior, quia species semper est accidentis, at obiectum materiale interdum est substantia; tum quia ignis

torque spiritus, sacramenta corporea physice causant gratiam, & alia exempla suppetunt in contrarium: Quintò, quia quando etiam ad productionem speciei exigeretur concursus ex parte animae, ipsa animae substantia cum phantasmate sufficere videtur ad species producendas citra operum facultatis, aut solius intellectus possibilis. Sextò, si daretur intellectus agens id praeterim esset, ne idem simul agat, & patiatur, at hoc in actionibus, & passionibus nequidem nullum est inconveniens. Septimò, vel potentia intellectus agens, ut agat in phantasma, vel in intellectu possibilem, non primum, quia nequit assignari, quid in ea producat, vel circa illam operetur, neque 2. quia intellectus possibilis de se dispositus est ad quamcumque speciem recipiendam, à quocumque causetur. Octavo, species pertinet ad obiectum, & est varia obiecti, ergo totaliter ab eo produci debet, non ab intellectu. Tandem hic intellectus agens in anima separata foret penitus otiosus, quia non haberet phantasmata conjuncta, à quibus species abstrahere possit.

123 Respond. ad p. neg. minore, nam res materiales quoad cognitionem abstractivam, ac in ordine ad intellectum conjunctum non sunt actu intelligibiles, nisi per speciem, non quidem quia materialitas sit conditio intrinseca repugnans intelligibilitati, ut communiter putatur, sed quia materiale pro statu illo non attingitur ab intellectu, nisi prius per omnes sensus transierit, in quo transitu paulatim deparatur, unde tandem cum ab intellectu attingitur, jam invenitur deparatum, & defectum à materialitate, & extrinseca. Ad 4. si comparatio fiat uniformiter, nempe intellectus ad intelligibilia in actu, & sensus ad sensibilia, valet paritas, & ideo supra dicebamus in ordine ad objecta spiritualia intellectum agentem necessarium non esse, quia totaliter emittitur suas species, nec debent transferri de ordine in ordinem, qui ambo intra ordinem spirituum continentur, at si comparatio fiat dissimiliter, nempe sensus ad sensibilia in actu, & intellectus ad intelligibilia in potentia, ut si sunt objecta materialia, neganda est paritas, quia objecta materialia esse possunt causae totales specierum intelligibilium, quae tamen materiales sunt, non tamen sensibilia, quae sunt merè spirituales; negatur etiam de voluntate, & intellectu, quia ut notat Doctus quocumque. P. quando obiectum est actu intellectum, est quoque actu volubile, unde non requiritur aliqua actio ex parte voluntatis preparans obiectum ipsi, quo quam admissa debet voluntas agens, & idem docet lit. M. dum ait, quod ad hoc ut intellectum fiat actu volutum, non est necessaria translatio de ordine in ordinem, quia actu intellectum est sufficienter proportionatum voluntati. Ad 1. jam diximus ex Scoto in Angelis quoque necessarium esse intellectum agentem, quicquid Thomistae reclamant, probabile enim est posse accipere species à rebus, etiam de facto illas prehæberent à Deo infuso, ut contendunt Thomistae. Ad 4. neg. rationem illam non argere, famulari enim in eo principio, quod imperfectus nequit producere perfectius totaliter, late à nobis probato disp. 7. Physic. quæst. 6. corporeum autem à toto genere est inferioris ordinis ad incorporeum, & spirituale, & saltem est, quod objecta materialia momenta sensum sint substantiae ipsae materiales, ut sic, quia sensus non se profundat ad substantiam, nec illae substantiae sensum movent, nisi ut accidentibus involvatur, & illa exempla quoque passim negantur à Doctore, nam & ignis torquet spiritus intentionaliter, & sacramenta causant gratiam moraliter. Ad 5. jam in superioribus diximus animam operari modis suis potentis, & sic in proposito ad abstrahendas species à rebus materialibus indiget aliqua potentia, nec illa esse potest intellectus ipsi possibilis ob rationem in probanda conclusione aliam, sed debet esse alia potentia, vel formaliter distincta, quae dicatur intellectus agens vel saltem ratione officii, ut de sensibus internis, diximus disp. præced. 8. art. 5. Ad 6. jam diximus illam non esse præciam rationem ponendi intellectum agentem, alioquin posset deberet sensus agens, & voluntas agens, sed præcia ratio est productio specierum intelligibilium. Ad 7. non requiritur intellectus agens, ut aliquid imprimat in phantasma, sed ut una cum illo speciem producat intelligibilem in possibili, ad quod minus solum phantasma non sufficit ob suam materialitatem. Ad 8. potest concedi sequela, quando obiectum est ejusdem ordinis cum specie producenda, at non quando est ordinis diversi, nimirum obiectum materiale, & species immaterialis, tunc enim obiectum opo indiget intellectu agentis. Ad ultimum, non erit intellectus agens otiosus in anima separata, quia & ipsa accipere potest species à rebus, sicut Angeli, ut ostendit Doct. d. 4. d. 5. quæst. 2. & nos dicemus disputat. ult. alia argumenta Durand. Narbonensis Scalligeri, Joan. de Guevara. & aliorum negantium intellectum agentem videri possunt apud Licet. libr. p. de integ. agente, ubi admissis ejus satisfactis, nos ea non referimus, quia in relata plurimum recidunt, & ex eorum solutione facile eluuntur, praeterquam quod nos omnes relati. Auctores intendebant absolute negare intellectum agentem, nam re vera nobiscum est officium, & munia concedunt, sed negatur illum, velut potentiam ab intellectu possibilem ex natura rei conditendam, ut communiter solet à Peripateticis consisti.

124 Secundò, obijciunt ad probandum posse intellectum possibilem species abstrahere saltem generum, quia omni impedimento sublatò, quod primò à sensu externo, & interno percipitur, est singulare sensibile infimae speciei, cuius phantasma una cum intellectu agente nonnulli imaginem impressam infimae speciei producit, ut ergo deinde abstrahatur species naturam generum representans, minus erit intellectus possibilis. Conf. omnis causa naturalis non impedita edit primò nobiliorem, quam possit effectum,

speciei imago causetur ab intellectu agente, tamen imago generis causatur à possibili. Conf. idem eodem modo se habens nonnulli idem efficit, si ergo intellectus agens, & phantasma ab initio in primo congressu nonnulli imaginem speciei infimae generent, sane neque deinceps poterunt imaginem generis parere, sed id spectabit ad intellectum possibilem. Tandem probatur, quia ratio allata ad excludendum intellectum possibilem ab hoc munere erat illa, quia potentia operativa non producit obiectum suum, sed potius illud præsupponit, at hæc ratio fallum alium, certum enim intellectum possibilem cogitare posse notitiam, quam producit, & in eam terri velut in obiectum, ergo producere potest obiectum suum.

Resp. neg. conseq. probabile enim est, per eandem speciem minus universalis magis universale intelligi posse, vel si per diversam intelligitur, quod potest imprimere speciem minus universalis, potest quoque imprimere speciem magis universalis, ut Doctus inquit p. d. 3. q. 1. lit. E. & sic virtute eisdem intellectu agentis ab eodem phantasmate singulari abstrahi possunt species magis, & minus universalis. Ad Conf. neg. pariter conseq. nam ex antecedente, sequitur solum causari prius debere à phantasmate singulari speciem minus universalis, quod non obstat, ne possit deinceps quoque causari species magis universalis. Ad alteram Conf. valet illa propositio assumpta de illo, quod semper est omnino idem, tam formaliter, quam virtualiter, at in proposito phantasma singularis se habet, ut multiplex virtutes, quia continet naturam magis communem, & minus communem, atque idem in primo congressu cum intellectu secundario, & terminativo, hoc enim eodem actu efficit potest, quo intelligitur, ut constat de sentibus rationis, & secundis intentionibus, ut docet Scot. d. 1. q. 1. p.

124 Tertio dicitur Cavell. cit. cum Scot. q. 17. cit. de An. probando phantasma activè non concurrere ad speciem intelligibilem, quia tam phantasma, quam obiectum extrinsecum imperfectiora sunt specie, & actu intelligendi, quia hæc sunt spiritualia, illa corporalia; Nec dici potest illos efficere virtute intellectus agentis, quia intellectus agens nihil producit in phantasmate, vel obiecto, & contra hoc procedunt omnes rationes, quibus offendit Doct. d. 4. d. 13. q. 3. accidens non esse substantiam producere in virtute substantiae. Tum 2. nam intellectus agens habet in virtute sua totaliter speciem intelligibilem, potest ergo de illo illam producere, probat assumptum, quia ipse continet totam virtutem phantasmatis, eam fit eo effectu, tum 3. inter duo agentia concurrentia ad eundem effectum debet esse proportio, sed inter agens materiale, sicut est phantasma, & spirituale, qualis est intellectus agens non est proportio, ergo &c. Tum 4. agens in quantum agens est præstantius passo, si ergo phantasma magis aliquo modo in intellectu possibilem imprimendo illi speciem, intellectus erit illo. Tum 5. intelligentia coelestibus corporibus non nisi corporalia in his interioribus producunt, ergo tantum minus poterit intellectus agens mediante phantasmate speciem intelligibilem producere, quæ est spiritualis. Tum 6. corporeum ut corporale, non agit in spirituale, sed phantasma est corporeum, intellectus spiritualis, ergo &c. major est Aug. l. 12. super Genes. ad lit. Tandem phantasma nequit agere in voluntatem, ut probat Doct. 2. d. 5. ergo neque in intellectu, ita quoque dicitur Suarez loc. cit. lib. 4. de An. c. 2. à quo omnia more suo transcribit Onuphrius.

125 Resp. ad p. ex Scot. d. 3. q. 10. ad 2. & q. 11. ad 2. quod cum dicitur imperfectus non posse producere perfectius, quia agens est in eo sensu, ut indicet intelligi de causa totali, aut saltem partia, hoc non concluditur solum corporale agere non posse in spirituale totaliter, aut magis principaliter, non verò partialiter, minus principaliter; & cum phantasma dicitur attingere speciem intelligibilem virtute intellectus agentis, & ab eo quodammodo elevatum, id non debet intelligi, quasi phantasma aliquid recipiat impressum ab intellectu agente, quo proportionetur ad talem effectum per modum instrumenti, sed hæc elevatio est prorsus extrinseca ejusdem rationis omnino cum illa, quia causa magis principalis suo actuali concurrit dicitur elevare, & coadjuvare alteram minus principalem secum concurrentem, quæ quidem elevatio non extrahit phantasma extra lineam principalis causæ, nam elevatio facta in causa instrumentali fit per aliquam virtutem receptam in actuali motione, præterquam quod talis causa nunquam attingit terminum principalis agentis, ut dictum est disp. 7. Phys. q. 5. & hæc elevatio aptissimo declaratur exemplo de puerò habente virtutem, in duo, ad trahendum navim resistentem ut quicunque eadem enim virtus adjuva à virtute ut quatuor potest ratem trahere, quam prius se sola trahere non poterat, & sic dicitur elevata ab altera causa, non quidem per maiorem virtutem sibi inherentem, sed adjuvantem. Dices ergo in hoc sensu quoque poterit accidens substantiam producere in virtute substantiae. Neg. conseq. quia ut diximus disp. 7. cit. Physic. q. 5. tunc virtus activa agere potest in agente ad alterum effectum, quando, & si nequeat totaliter illum producere, & se ferat in aliquam proportionem, & analogiam cum illo, ita quod in effectu producti aliqua formalitas illi causæ correspondet.

pondens reperiri possit, quod non contingit de substantia, & accidente, nam accidens nullam habet proportionem, ac analogiam cum substantia, nisi in genere entis, nec aliqua formalitas præter illam invenitur in substantia ei correspondens, quæ cum non sit ratio peculiaris ipsius accidentis, sed omnibus communis, nullum nobis indicat influxum accidentis in substantiam. Cæterum in proposito duplex formalitas in specie intelligibili reperitur, est enim similitudo impressa objecti, & est in sua entitate spiritualis, prima peculiariter correspondet objecto, seu phantasmati, altera ratio intellectus agentis, ex quo arguimus, nec solum intellectum agentem, nec solum phantasma esse sufficientem causam speciei, sed ambo integrare totalem, & adæquatam causam; ac ut uno verbo dicamus, hinc de causis speciei impressæ dicendum est idem prorsus, quod supra q. 3. dicebamus de causis speciei expressæ, seu intellectus, & sicut ibi diximus ad productionem actus vitalis posse partialiter concurrere, minus tamen principaliter principium non vitale, nempe speciem, vel obiectum, ita pariter in proposito dicendum esse posse in hoc sensu corporale attingere effectum spirituale, non enim hic major videtur adesse improportio, quam ibi.

126 At 2. neg. assumptum, ut enim intellectus non continet totaliter intellectionem in sua virtute, ita neque speciem intelligibilem, quod verò sit phantasmate virtuosior, concludit intellectum, quod concurrat ut causa principalior, ac universalior illo. Ad 3. neg. minor ex 4. d. 45. q. 2. lit. A. ubi dicitur eleganter de hac proportionem, & ratio negationis est, quia ad causandam speciem debent intellectus, & phantasma uniri non unione formalis, & in hunc finem, sed virtuali tantum, ut alia causa efficiens utri solet, & inter duas causas ad effectum commune concurrentes non est necessaria proportio in entitate, sed in virtute, & causalitate, adeo ut simul unire adequatè continent totam entitatem effectus. Ad 4. ait Doct. illud axioma verificari de agente totali, aut partiali magis principalis, non autem minus principalis, ut in proposito est phantasma. Ad 5. est ab similibus longe disparitas, aliter enim utitur intellectu agens phantasmate, aliter intelligentia Cælo, ad rectam namque horum inferiorum deteriorationem sufficit, quod intelligentia cum Cælis effectus corporeos producat in hoc mundo sublimari. Ad 6. jam dictum est, alium tantum verificari de solo agente totali, vel si de partiali quoque velis illud allumere, id intelligendum erit in ordine ad effectum corporeum, qui in se spirituali nequaquam recipi potest. Ad 7. neg. paritas, longè enim melius illa se servat voluntas libera, si negetur phantasma, vel obiectum in illam agere, ut Doct. ostendit 2. d. 5. q. 1. intellectus verò est potentia naturalis, sed de hoc dicemus disp. seq. q. 6.

127 Quarto, tandem arguitur ad idem, nam dici solet speciem intelligibilem gigni de phantasmate, hoc autem præter causalitatem materiale, non efficiunt. Deinde si concurreret cum intellectu in genere causæ efficientis, tunc species genita foret materialis, & corporea, quia effectus sequitur semper deteriorem partem inter græ causas. Præterea, quia explicari non potest, quo pacto, quæ ratione phantasma elevatur ab intellectu agente ad productionem speciei intelligibilis, si nihil ab eo recipit, sola namque assistentia intellectus agentis, velat causæ principalioris ad talem elevationem sufficere non videtur. Rursum valde laborant Theologi in explicando, quomodo Deus possit ignem elevare ad cruciandus spiritus, & sacramenta corporea ad causandam gratiam ob improportionem materialis causæ ad spirituale effectum, cum ergo id vix possibile videatur per potentiam Dei absolutam, multò minus naturaliter ab agente naturali quotidie fieri poterit. Demum concessa tali elevatione jam concurreret cum intellectu in genere causæ instrumentalis, non principalis, hic enim est modus agendi causæ instrumentalis agere, nimirum per elevationem factam à causa principali.

128 Resp. ad 1. Lichet. quod. 1. s. 5. de aere, cum dicitur species de phantasmate gigni, non debet intelligi de ut de causa materiali, sed in eo sensu, ut indicet quandam continentiam virtutalem speciei in phantasmate. Ad 2. negat. seq. nam conclusio dici solet fere deteriorem partem, non autem effectus, sed bene dicitur assimilari causæ proximiori, & ita etiam est in proposito, nam in representando species impressa magis assimilatur objecto, quam intellectui, licet in essendo magis assimilatur intellectui ob eius immaterialitatem. Ad 3. jam satis declaratum est, quomodo talis elevatio fiat per se solum assumentem causæ magis principalis, & quomodo hæc sufficiat ad talem elevationem, quod satis etiam competeret declaratum est exemplo perierit trahentis navem cum aliis, quæ se solo movere nequit. Ad 4. id, quod Theologus videtur asserere, imò Doct. nostro impossibile de igne inferni, est, quod assumatur à Deo, ut causis totalis ad cruciandos spiritus per productionem vehementis caloris in eis, ut enim supra diximus, in hoc sensu nequit cooperi agere in spiritum, nec totaliter, nec partialiter, quia effectus corporeus nequit recipi in se spirituali, difficile etiam videtur sacramenta physice causare gratiam non præcisè ob eam improportionem causæ materialis ad effectum spirituale, sed quia secundum communem gratia creatur, & sacramenta causant gratiam per primum non esse, & aliis de causis. Ad ult. jam paulo supra ostendimus non quamcumque elevationem extrahere causam ab ordine causæ principalis.

mutare, & hinc opinioni adimplantur quicunque dicunt intellectum agentem agere, & operari circa phantasma, non actione positiva aliquid imprimendo, sed privativa, scelerendo nimirum quiddam, & naturam communem ad conditionibus materialibus, ac incidentibus, quam etiam tenet Bacon. p. q. 2. art. 2. & 3.

Alii volunt, hanc illuminationem non solum esse objectivam, sed etiam formalem, scilicet per effusionem luminis spiritualis ab intellectu agente, & recepti in phantasma, unde consequenter volunt intellectum agentem habere actionem realem in phantasma, eis imprimendum, quod qualiter intellectum possibilem, ut immediate producendo in ipso intellectu ipsam, aut saltem speciem intelligibilem, quem dicendi modum Piccolom. lib. 5. de mente humana cap. 6. adscribit Alexandro, & probabilem conser. Tolet. 3. de an. q. 3. Alii volunt, hanc illuminationem nec objective fieri, nec formaliter, sed radicaliter tantum, quatenus phantasia radicata in eadem anima spirituali, in qua est intellectus agens, producit phantasma illuminata, id est habita, ut ab eis intellectus agens species abstrahat intelligibiles, & hac habitata reddit phantasma intelligibile in actu; ita Ferrar. 4. de an. q. 9. & 2. contra gent. cap. 77. Caprol. 2. d. 3. q. 2. art. 3. & alii.

148 Dicendum tamen, illustrationem phantasmatum ab intellectu agente nec fieri objective, neque formaliter, neque radicaliter, ut astant Auctores præcitant, sed effective, quatenus intellectus agens per suam actionem abstrahit illam elevat ad seculum componendum speciem intelligibilem, in qua solum redditur obiectum actus intelligibile, quod antea in phantasmatis erat solum potentia intelligibile. Ita explicat Doctor hanc phantasmatum illustrationem p. d. 3. q. 6. §. contra ipsam opinionem, quæ erat Henrici, & quod 15. cit. §. de isto articulo, & probatur quoad singulas partes; primo, quod talis illuminatio non sit objectiva præcise, per solum extrinsecam assistentiam, probatur ex Scotio, quia in illi extrinsecæ assistentia non habet intellectus agens aliquam actionem in phantasma, unde phantasma remanet intrinsecè immutatum sicut antea, ergo nequit possit representare aliquid actus intelligibile, quod prius non offenderet, assumptum conceditur à Cajet. & conseq. de se patet, quia idem representativum, & eodem modo se habens, semper eodem modo representat, nam nullatenus intelligi potest phantasma manens idem, & eodem modo sine ulla sui mutatione representare tamen diverso modo. Neque dicas, id contingere ex sola extrinsecæ illuminatione intellectus agens, nam contra arguit Doctor, lumen non representat formaliter, nec est ratio formalis representativi, sed tantum est illud, in quo aliquid representatur, aliquid idem phantasma representare potest sonum, & colorem sub diverso lumine, ergo phantasma sub lumine intellectus agens non representat aliud, sed representat idem, quod antea representabat sub lumine phantasiæ, clarior tamen, ut patet de colore sub lumine Solis, & Lunæ; ergo phantasma abque intrinsecæ mutatione sui nequit representare actus intelligibile, quod antea non representabat. Deinde intellectus agens ab actione dicitur agens, & est verè potentia activa, inquit Doctor, ergo nequit phantasma illustrare, nisi per veram actionem, dicere enim, quod intellectus sit verus agens, & nihil agat, est penitus fictitium, & implicatorium, quod etiam ratione renititur placitum dicentium intellectum agentem agere in phantasma actione negativa, non positiva, nam id quoque implicat; quia ad hoc se genere dicitur quod positivum, eique terminus realis, & positivus correspondet, ut diximus in lib. de gen. alias rationes, contra hunc dicendi modum Cajet. vide apud Fabrum theor. 78. c. 4. & apud Doctorem loc. cit.

149 Secundo, quod neque hæc illuminatio fiat formaliter per impressionem, & inhaesionem alicujus luminis in phantasmate effusi ab intellectu agente probat Scot. ibidem in p. d. 3. q. 6. sub lit. C. quia vel talis qualitas corporea esset, vel spiritualis; non secundum quia repugnat hanc in subiecto recipi corporeo, & extenso, etiam per modum transcensus, ut probatur est disp. 4. q. 2. 3. excludendo infantiam de anima rationali, quæ recipitur in corpore; si primum, ergo intellectus agens non transferret obiectum de ordine in ordinem, quia adhuc ea recepta remanet phantasma corporeum, & materiale, unde nec postea esset magis proportionatum ad immutandum intellectum possibilem, quam antea foret; Deinde ut supra arguebamus, lumen, si ve adveniat obiecto per solum assistentiam, si ve per intrinsecam inhaesionem, non est præfatis, quod hoc, vel illud representet, sed quod distinctus, & clarior representet, ergo illuminatio intellectus agens nostro modo rite ponitur, quia intellectus agens illuminat phantasma, ut præparet, ac veluti de novo producat obiectum intellectus possibilem in esse intelligibile.

Tertio, quod neque hæc illuminatio fiat radicaliter facillime probatur, tum quia per talem radicationem phantasiæ in eadem natura cum intellectu agente nulla exprimitur actio, nullumve munus intellectus agens; tum quia ex tali radice, & communicatione non accipiunt phantasia, & actus eius aliam immaterialitatem, vel virtutem excedentem rationem corporeitatis, & materialitatis, quod magis proportionata maneat ad producendum intellectum in intellectu possibilem, aut speciem intelligibilem cum intellectu agente.

150 Quarto tandem, quod talis illustratio phantasmatum sit effectiva ratione effectus ex illis deducti ab intellectu agente scilicet ratione speciei intelligibilis, in qua redditur obiectum intelligibile actu, probat Doctor quod. cit. lit. R. quia ait Arist. 3. de An. 18. intellectum agentem ad phantasma se habere sicut lumen ad colorem, ad lumen ad colorem ita se habet, quod ubi in tenebris delitescens species visibiles transmittitur nequeunt ad oculum, postea commodè cum lumine transmittunt, & visum immutant, & ratio est, inquit Doctor, quia quando causas oportet concurrere ad agendum, una earum non est in potentia propinqua ad agendum, nisi alia concurrente, ad hoc autem quod color agat in visum, requiritur alia causa concurrente ad agendum, scilicet lumen, ergo pari modo phantasma generare nequit speciem intelligibilem, nisi concurrente actione intellectus agens, atque ita, & non alio modo dicitur intellectus agens illustrare phantasma, & in hoc sensu tenet comparatio facta ab Arist. intellectus agens ad lumen, & phantasmatum ad colorem; & in hoc denique inquit, quod sicut lumen colorem potentia visibiles facit actu visibiles, quia lumen concurrente eos elevat ad producendas species in oculum, ita intellectus agens res potentia intelligibiles, dum in phantasmatis delitescunt, facit actu intelligibiles, cum elevat illa seculum concurrente, sicut lumen colorem potentia visibiles facit actu visibiles, in quibus res sunt actu intelligibiles.

151 Ex hoc autem modo illuminandi phantasmata deducit Doctor p. d. 3. q. 6. sub lit. C. intellectum agentem per talem illustrationem nihil res vera causare in phantasmate, sed tantum in intellectu possibilem, qui concurrente phantasmate speciem imprimi intelligibilem, adhuc tamen phantasma dicitur illustrare, non intellectum possibilem, quia ipsum elevat, & coadiuvat ad refundendas species intelligibiles in intellectu, qua ratione etiam lumen corporeum dicitur illustrare colorem, ut diximus; tum quia phantasmata deputantur per talem actionem à conditionibus materialibus, non verò intellectus possibilem, hincque dicendi modum passim sequuntur non solum Scotiæ omnes, verum etiam Thomiæ melioris notæ, ut est videre apud Compl. disp. 20. de an. q. 2. qui à Scotiis in hoc lumen diffidere videntur, quod ipsi volunt phantasma solum instrumentaliter concurrere cum intellectu agente, Scotiæ verò etiam principaliter, licet cum subordinatione ad intellectum, ut explicamus art. p. q. 4. R. idem tenet Conim. 3. de an. c. 5. q. 4. art. 2. Ruvius tr. de intell. agent. q. 2. Averl. q. 58. sec. 2. Cottun. disp. 5. sec. 8. & alii.

152 Et ad hanc operationem producendi species intelligibiles referuntur alia omnes, quæ solent agere intellectus agentis, nam hoc ipso, quod producat species de phantasmate representans intelligibile obiectum, quod erat in phantasmate sensibilibus, dicitur phantasmata deputata, & illustrata, & illustrata de ordine in ordinem scilicet de ordine sensibilibus ad ordinem intelligibilem, & de ordine corporalium ad ordinem spirituum, dicitur res abstrahere à materia, & conditionibus materialibus, unde talis abstractio, deputatio, translatio, & alia id genus, hæc unica actione perficiuntur, cum producat species intelligibiles. Hinc tamen advertendum est, quod cum dicitur intellectus agens species, & res abstrahere à materia, non est intelligendum in sensu, quem solent Thomiæ docere, ut res nec esset illud, & materia dicitur à materia, & conditionibus materialibus, quasi hæc attingi nequeant ab actu intellectus, nam ut postea dicemus, bene potest abstrahi à rebus species singularis, imò hæc est prima, quæ abstrahit ab intellectu agente, & res etiam quatenus materiales, & singulares, possunt terminare intellectum, quantumvis spirituales, quæ in se negat, intellectum nostrum res materiales etiam sub ratione materialitatis attingere? non ergo dicitur intellectus agens abstrahere, & denudare res à materia, quatenus hæc habent in ratione obiecti terminativi, sed dumtaxat quatenus se habent in ratione principii effectivi respectu cognitionis abstractivæ, quæ talis cognitio à specie abstractiva, non ab obiecto in se presente, & quia species intelligibiles sunt nostras materiales, spirituales, id est res in ipsis representantur dicitur à materia abstractæ, ac denudatæ; & hoc est, quod nos trates dicere solent, obiectum in specie representatum abstrahere à materia, & conditionibus individualibus, non semper velut à re cognita, quia dari potest species res singularis, & materialis ipsam sub tali ratione representant, sed velut à ratione cognoscendi, ut magis explicabitur q. seq.

153 Contra prædicta inlat Vigentius noster p. d. 3. q. 4. in calce probans hanc phantasmatum illustrationem esse ficticiam, quia hoc quod est illustrare phantasma, vel est causare aliquid lumen spirituale in phantasmate, & hoc non, quia phantasma non est susceptivum talis luminis spiritualis, cum sit subiectum corporeum; si verò dicitur, quod illustrare est concurrere cum phantasmate ad causandum speciem intelligibilem, hoc frivolum est, quia sic etiam phantasmata competere illustrare, cum & ipsum quoque concurrat ad causandum speciem intelligibilem, unde pariter dicere possemus, phantasma illustrare intellectum agentem. Deinde Fortunius quoque Licet. lib. 1. de intell. agent. cap. 32. multum impugnat hoc munus intellectus illustrandi phantasma.

Relp. jam ex dictis constare quomodo, quove sensu dicitur intellectus agens phantasmata cum vera, propriaque metaphora desumpta ex modo, quo lumen corporeum dicitur illustrare colorem, nimirum quatenus actione sua elevat phantasmata ad producendum speciem intelligibilem in intellectu possibilem eo modo, quo lumen externum colorem elevat ad immittendas species in oculum; dicitur autem intellectus agens illustrare phantasma, non est contra, est hoc etiam concurrat ad producendum speciem intelligibilem, quia intellectus agens est, qui concurrat principaliter, si quoque concurrat ele-

elevat phantasma ad productionem speciei intelligibilis, non est contra; Licet verò loc. cit. impugnet illustrationem obiectivam, & formalem, non autem effectivam, nam & ipse quoque hanc postea admittit inferens lib. 6. c. 53. & seq.

154 Deinde idem intellectus possibilem transmittit species, & obiecta de ordine sensibilibus ad ordinem intelligibilem, id enim altero ex duobus modis contingere debet, vel quod ipsa phantasmata de organo phantasiæ per actionem intellectus agens migrarent in substantiam intellectus possibilem immaterialem, vel quod ipsa phantasmata transfunderentur ab intellectu agente in species ipsas intelligibiles; non primum, quia tunc accidens migraret de subiecto in subiectum, & quod mirabilis est, de materiali in immaterialem; neque secundum, quia superfluum integræ phantasmata in phantasia quoque, postquam in intellectu possibilem productæ fuerint species intelligibiles. R. ut ut supra sepius inculcavimus, res sensibiles, & materiales sunt & ipse quoque actus intelligibilis, nam & ipse terminare possunt adum cognitionis, quantumcumque spiritualis, nec aliquid in eis includunt, quod virtutem intellectus superferat, ut est potentia illimitata, & indifferenter refertur in omne esse, five sensibile, five purè intelligibile, five immaterialem, five universale, five singulare, ut inferius dicemus, quilibet experitur se quoque res materiales, ut tales intelligere, ergo nihil modo necessaria est hæc translatio de ordine in ordinem.

Relp. nullo eorum modorum fieri prædictam translationem, sed solummodo per productionem speciei intelligibilis, ad quam concurrat intellectus agens cum phantasmate in genere cause efficientis, unde nec phantasma transit de phantasia ad intellectum, sed nova species generatur spiritualis productur, nec in huius speciei generatione species phantasiæ delentur, sed verè cum intellectu agente ad eius generationem concurrunt. Ad aliud, verum est non in consensu res materiales esse potentia intelligibiles, quasi materialitas sit conditio intelligibilitati repugnans, & ab ea debeat intellectus abstrahere etiam in ratione obiecti terminativi, & velut à re cognita, sed dicitur potentia intelligibilis, tum quia ab intellectu conjuncto nequeunt immediate attingi, sed debent prius transire per sensum ad intellectum, tum quia ut notat Doctor quod. cit. Est scilicet luminis actione colorem de potentia visibiles dicitur fieri actu visibiles, quia lumen est alia concepta requirit, ut species visibiles emittere possint, unde in tenebris non actu visibiles dicitur, sed potentia tantum prædicta de causa, ita quoque res in phantasmate ante actionem intellectus agens dicitur potentia tantum intelligibilis, quia deficit causa principalis requisita ad productionem speciei intelligibilis, qua accedente fit actu intelligibilis abstractivè mediante specie, & in hoc transferri dicitur de ordine potentia intelligibilium ad ordinem actu intelligibilem.

155 Sed ut ad alteram actionem, quæ est producendi intellectum, gressum faciamus, per quam obiectum actu intelligibile fit quoque actu intellectum, non ita certum est, an competat intellectui possibilem, sicut de prima, quamplures enim cum adscribunt intellectui possibilem, & tanquam communioræ quæ verioræ amplectuntur Conim. cit. Onuph. tr. 2. disp. p. q. 1. dub. 4. Cottun. disp. 9. sec. 8. Vulpes p. p. tom. p. disp. 20. art. 4. Bannes p. q. 79. art. 3. dub. p. Tatar. 2. de an. p. q. 9. quarto sciendum, Badius p. d. 3. q. 7. Lichet. lib. 3. cap. 11. & alii passim; & contra alii id volunt esse munus intellectus agens, ita sentire videtur Alex. Thomiæ & Jandun. 3. de anima, & plurimi Scotiæ Matron. p. d. 3. q. 6. Regentes Parisienses 3. de an. p. q. 4. collaterat. Bassol. d. 3. q. 4. art. 3. Faber Theor. 78. c. 2. Roccus 3. de an. q. 13. id ipsum tenet Piccolom. lib. de humana mente c. 7. & 8. Mercen. in suis dilucidationibus, qui etiam cum negent species intelligibiles, consequenter non distinguunt hanc actionem intelligendi, & iudicandi à prima actione illustrandi phantasmata, sed inquit illustrationem phantasmatum fieri, dum intellectus in ipso phantasmate immediate apprehendit quidditatem de rebus conditionibus materialibus, & hoc modo fieri abstractivam à conditionibus individualibus, abstractio enim mentalis est unum intelligere alio non intellectu, unde eo ipso, quod intellectus in phantasmate intuetur quidditatem, & naturam, quæ est unum proprium obiectum, relinquendo singularitatem, & conditiones materiales, quæ ad sensum spectant, sufficienter dicitur abstrahere res à materia; illuminare phantasma, de ordine in ordinem obiecta transferre, & facere de potentia intelligibilibus, actu intelligibile, quem dicendi modum amplectitur quoque Contar. q. de intellectu agente c. ut itaque concludant Auctores illi, quod quicquid in formanda intellectione occurrit passionem spectans, ut moveri, recipere, subiacere, id agit intellectus per rationem differentie possibilis, quæ verò pertinet ad actionem, ut formare iudicium de obiecto, & actum intellectionis consciscere, id agit idem intellectus per differentiam agentem.

156 Scotus quod. 15. cit. utraque partem propositi problematis problemem reliquit, licet ex ultimis versis, quæ habet in §. 2. v. 2. velint Scotiæ, quod magis ad unam declinaverit partem, inquit enim, breviter sicut conveit distinctio potentiarum, nec ve absoluta, nec relatione reali, sed tantum, quod idem absolutum quodammodo illuminatum est principium immediatum multorum actuum, & sic respectu alterius, & alterius dicitur alia, & alia potentia, tunc prima que probabilis videtur, scilicet quæ tribuit intellectui agenti functionem intelligendi, hanc enim viam prius docuerat; ex relatis verbis concludit Faber Doctorem declinare ad partes intellectus agens, quia ipse in 2. d. 16. potentias animæ non distinguit realiter, nec re Maltrii, & Bellini, De Anima, Tom. III.

absoluta, nec relatione reali, sed formaliter tantum; ex eisdem verò concludit Vulpes cit. declinare ad partes intellectus possibilem, quia in loc. cit. & d. 3. q. 1. intellectum agentem formaliter distinguit à possibilem, nec vitium cum Nominalibus animam esse principium immutatum multorum actuum. Hæc lis est de lana caprina, quia ut notat Conim. hæc dubitatio solum videtur habere locum in sententia distinguente realiter unum intellectum ab alio, at in nostra non distinguente illos realiter, imò nec in rigore formaliter quem admodum distinguuntur intellectus, & voluntas, eo quia sunt duæ perfectiones animæ pertinentes ad integritatem ejusdem potentie intellectivæ, quia una est præparativa obiecti, altera operativa circa illud, non multum facillit negotii, quia una fit una, & eadem potentia intellectiva, parum refert, quod uni vel alteri tribuatur, unde Arist. 3. de Anim. indifferenter utrique adscribit hoc munus intelligendi, nam text. p. ait se actum de operi animæ, quæ & cognoscit animæ, & sapit; id est de potentia intellectiva, quam postea text. 17. distinguit in agentem, & possibilem, & re vera non sunt rationes urgentiores pro una, quam pro altera parte, quæ de causa Doctor loc. cit. utraque dissolvit, ut apud ipsum videri potest, & apud P. Vulpes cit. licet hic Auctor firmus stet pro intellectu possibilem, imò qualicumque ponatur inter prædictos intellectus discretio, infirmat Doctor sub lit. T. aliam viam quoque sufficienter hoc problema afferendo nimirum utrumque intellectum partialiter concurrere ex parte animæ ad intellectionem, ita ut agens sit causa magis principalis, possibilem autem minus principalis, quæ etiam via sufficienter potest abique ulla improbabitate.

157 Adhuc tamen supposita distinctione formaliter inter agentem intellectum, atque possibilem, si penitus disquiratur, sub qua formalitate potius actum intelligendi exerceat, nam ut agens, vel potius, ut possibilem, iuxta dicta superius de actu intellectionis propriæ, & formaliter loquendo secundum neutram exerceat actum intelligendi, nam ut ibi diximus quælibet potentia vitalis tripliciter considerari potest, ut activa sui actus, ut receptiva ejusdem, & demum ut operativa per illum, quia ergo intelligere nec formaliter est agere, nec formaliter pati, sed operari vitaliter, id est hæc actus competit intellectui, non ut agenti, vel possibilem, sed ut operativo; productio tamen, & elicito talis actus convenit ei ut agenti, vel activo, non ut possibilem, vel passivo, unde notanda est amplæbologia, quæ lolet propoi præfens quantum, queritur enim cum intellectu conveniat minus intelligendi, & producendi intellectionem, quæ duo sunt valde diversa, quia ut superius diximus, intelligere non est formaliter agere, vel producere intellectionem; neigitur committatur fallacia secundum plures interrogationes, ut unam, respondendum est ad illud quæsitum cum distinctione, nam si fermo sit de productione intellectionis, hæc functio convenit intellectui, ut agenti, vel activo, quia producere actum vitalem est agere, si verò sit fermo de ipsa functione intelligendi, hæc non convenit intellectui neque ut agenti, neque ut possibilem, sed ut operativo, quia intelligere nec est agere, nec pati formaliter, sed operari intentionaliter circa obiectum.

158 Sed sive intellectui agenti, sive possibilem adscribitur actio intelligendi, seu producendi intellectionem, nunquam tamen constanda est, ut videtur scilicet Piccol. Mercen. & alii cum actione illuminandi phantasma, & transferendi obiecta de ordine in ordinem, neque hæc est talis actio, ob quam necessario sui debet intellectus agens à possibilem conditionibus; & ratio est, quia vitus etiam in pomo apprehendit, quod sui juris scilicet colorem, relinquendo saporem, & sic iudicat de suo obiecto, & tamen non ob hoc constituitur sensus vitus agens distinctus à possibilem, ergo non per species, distinguuntur intellectus agens à possibilem, quod per actum, quæ sit per species, ad apprehensionem obiecta transferantur de ordine potentie intelligibilem ad ordinem actu intelligibilem, sed potius transferantur de ordine potentie intellectorem ad ordinem actu intellectorem; tum tandem quia saltem omnino supponunt, nimirum quod natura adhuc phantasmatis involuta fit actu intelligibilis, & hoc modo fieri abstractivam intueatur intellectus, ut in representativo sibi proportionato, quæ omnia falsa esse constat ex dictis in superioribus, quia natura, quamdiu intelligibilis, sicut color in tenebris est tantum potentia visibilis, tum quia quando etiam concederemus, naturam in phantasmate esse actu intelligibilem, adhuc dicere non possemus intellectum in phantasmate illam intueri, & contemplari, quia ut docet Scot. p. d. 3. q. 6. P. & P. ad dignitatem intellectus pertinet habere sibi præfens obiectum in proprio representativo, non in extraneo; si enim sensus interior non cognoscit per speciem existentem in exteriori, sed per propriam tantum magis id concedi poterit, ac debet potentia superiori, qualis est intellectus, quia potissimum de causa q. 4. art. primo species admitteremus intelligibiles; vide alia apud Fabrum cit. cap. 4. contra hunc dicendi modum.

QUESTIO VI.

De obiecto nostri intellectus.

160 Q. Uæstio hoc agitari potest de intellectu nostro, tum pro statu isto, in quo vires habet suas quodammodo ligatas sensibus, tum ex natura potentie, secundum quam considerationem à sensibus præfendit, ac veluti quocumque impedimento solutus consideratur, & ejus adæquatam obiectum in utraque consideratione hinc inquirimus, & per adæquatam obiectum intelligi-